

## Psalmus responsorius

Ps 104, 1-2. 3-4. 6-7. 8-9 (R̄: 5b)

R̄. Lætétur cor quæréntium Dóminum.

vel:

Allelúia

<sup>1</sup> Confitémini Dómino et invocáte nomen eius,  
annuntiáte inter gentes ópera eius.

<sup>2</sup> Cantáte ei et psállite ei,  
meditámini in ómnibus mirabílibus eius. R̄.

<sup>3</sup> Laudámini in nómine sancto eius,  
lætétur cor quæréntium Dóminum.

<sup>4</sup> Quæríte Dóminum et poténtiam eius,  
quæríte fáciem eius semper. R̄.

<sup>6</sup> Semen Abraham, servi eius,  
filii Iacob, elécti eius.

<sup>7</sup> Ipse Dóminus Deus noster;  
in univérſa terra iudícia eius. R̄.

<sup>8</sup> Memor fuit in sáeculum testaménti sui,  
verbi, quod mandávit in mille generatiónes,

<sup>9</sup> quod dispósuit cum Abraham,  
et iuraménti sui ad Isaac. R̄.